1425.

Noverint universi. Quod ego Jacobus de Ferrers olim ferrarius ville Caldarum de Montebuyno prout nunc vero civis Barchinone, gratis et ex certa sciencia per me et omnes heredes seu successores meos quoscumque, ad bene videlicet meliorandum habendum tenendum atque in pace perpetuo
possidendum, stabilio sive in emphiteosim do et concedo vobis Petro Galter sartori habitatori dicte ville Caldarum hiis presenti, et vestris et quibus volueritis perpetuo, vestris tamen consimilibus et vestrorum, Quandam peciam terre partim heremam et partim vinea plantatam continentem [?]
hiis terminis [?] et pertinenciis suis, que vobis assignata et fermata est, de illa videlicet pecia terre, quam ego habeo et possideo in parrochia eiusdem ville, in loco vocato lo Puig Sogueras [?]. Et teneo sub dominio et alodio preceptorie domus sancti Johannis Jherosolimitani Bar-
chinone et eius honorabilis preceptoris nomine eiusdem. Et affrontatur dicta pecia terre, quam vobis stabilio, ab oriente in tenedone Parrasii de Rompuyo, et partim in residuo dicte mee pecie terre, a meridie in quodam alio tenedone meo michi stabilito per Petrum de
Rompadech [?] alodio dicte preceptorie mediante quodam campio [?] per quem Arnaldus Colomery habet introitum et exitum ad tenedonem suum, qui est a parte occidentis huius pecie terre, quam cum presenti vobis stabilio, ab occidente et circio in tenedone dicti Arnaldi Colomery.
Jam dictam itaque peciam terre cum introitibus et pertinenciis suis habeatis teneatis et possideatis vos et vestri filii successores et quos volueritis vestri tamen consimiles perpetuo pacifice et quiete. Sub tali tamen pacto forma et condicione, quod pro censu dicte pecie terre, quam vobis
stabilio, et omnium melioramentorum que ibi feceritis vos et vestri, detis tribuatis et solvatis vos et vestri filii successores michi et meis filiis successoribus in primo venturo festo natalis domini et sic deinde annis singulis in dicto termino sive festo duos solidos
monete Barchinone de terno. In hiis autem non proclametis neque faciatis vos vel vestri alium dominum sive dominos, nisi tantum me et meos filios successores, et dictam preceptoriam domus sancti Johannis Jherosolimitani et eius honorabilem preceptorem nomine eiusdem.
Liceat tamen vobis et vestris filiis successoribus post dictos Triginta dies quos in me et meos et post alios Triginta dies quos in dictam preceptoriam Barchinone seu eius honorabilem preceptorem nomine eiusdem preceptorie faticam [?] fieri, predicta que vobis stabilio simul cum
omnibus melioramentis que ibi feceritis vos et vestri vendere, stabilire et aliter alienare vestris tamen consimilibus et vestrorum. Salvis tamen semper in et super predictis que vobis stabilio, dicto censu dictorum duorum solidorum, iure dominii firma et fatica
Triginta dierum et alio quolibet iure mei et meorum. Et salvis etiam semper tam super dicta pecia terre, quam vobis stabilio, quam super residuo dicte mee pecie terre, quam super dictas pecias terre predictorum Parrasii de Rompuyo, et Arnaldi Colomery dicte ville, que fuerunt de pertinenciis dicte
mee pecie terre, et quas ego eis stabilivi, censu iure dominii firma et fatica Triginta dierum et alio quolibet iure dicte preceptorie Barchinone, et eius honorabilis preceptoris nomine ipsius. Qui census est Trium solidorum Barchinone, anno quolibet solvendorum
in festo natalis domini. Quem censum Trium solidorum Ego et mei filii successores dabimus et solvemus dicte preceptorie et eius honorabili preceptori nomine ipsius, anno quolibet in dicto termino, sine dampno et missione vestri et vestrorum. Pro intrata vero predicte pecie terre quam
vobis stabilio, vendidisse [?] et solvisse michi et confiteor me a vobis habuisse et recepisse Quinque solidos dicte monete Barchinone de terno. Et ideo renunciando exceptioni non numerate et non solute pecunie, et intrate predicte non habite et non recepte, et doli mali actioni,
beneficio [?] et omni alii iuri racioni et consuetudini contra hec repugnantibus. Do et remitto vobis et vestris irrevocabiliter inter vivos, si quid predicta, que vobis stabilio, plus modo valent seu amodo valebunt censu et intrata predictis. Insuper convenio et promitto
vobis dicto Petro Galter, quod predicta que vobis stabilio sive in emphiteosim do et concedo simul cum omnibus melioramentis, que ibi feceritis vos et vestri, faciam vos et vestros et quos volueritis habere, tenere et possidere in pace, et teneri [?] perpetuo contra omnes personas. Et
quod tenebor [?] vobis et vestris semper de firma et legali evictione cuiuslibet [?]. Et de restitucione omnium missionum et expensarum dampnorum et interesse litis et extra. Et pro predictis omnibus et singulis complendis et attendendis tenendis ac semper observandis, obligo vobis et vestris omnia bona
mea mobilia et inmobilia habita et habenda. Et ut predicta omnia et singula maiori gaudeant firmitate, non vi nec dolo sed sponte iuro per dominum deum et eius sancta quatuor Evangelia manibus meis corporaliter tacta, predicta omnia et singula attendere et complere tenere et
observare, et in nullo contrafacere vel venire iure aliquo causa vel etiam racione. Ad hec ego Petrus Galter predictus laudans approbans et confirmans omnia et singula supradicta et acceptans a vobis dicto Jacobo de Ferrers stabilacionem sive emphiteosim dacionem et concessionem
supradictam sub pactis modis formis et condicionibus predictis et eadem recepisse confitens, prout melius et plenius superius continentur, Convenio et bona fide promitto vobis dicto Jacobo de Ferrers, quod predicta per vos michi stabilita seu in emphiteosim data et concessa meliorabo et
in aliquo non deteriorabo, et quod pro censu eorundem et omnium melioramentorum que ibi fecerimus ego et mei, dabimus et solvemus ego et mei filii successores vobis dicto Jacobo de Ferrers et vestris filiis successoribus, annis singulis dicto termino, dictum censum duorum solidorum.
Et quod alia pacta et condiciones et omnia et singula supradicta que per me et meos attendenda sunt et complenda ego et mei filii successores attendemus et complebimus tenebimus et observabimus, et in nullo contrafaciemus vel veniemus aliquo iure causa vel etiam racione.
Pro quibus omnibus et singulis complendis et firmiter attendendis, tenendis et observandis, obligo vobis et vestris specialiter predicta per vos michi stabilita seu in emphiteosim data et concessa, scilicet ius emphiteoticum, et aliud quodlibet ius quod habeo in eisdem.
Et generaliter omnia alia bona mea mobilia et inmobilia habita et habenda. Premissa igitur omnia et singula facimus paciscimur convenimus et promittimus nos Jacobus de Ferrers et Petrus Galter contrahentes predicti per nos et omnes heredes seu successores nostros
quoscumque, nobis videlicet utrique nostrum ad dicta firmiter [?] et promissa alteri adinvicem necnon et notario infrascripto tamquam publice persone ab utroque nostrum pro alio adquirenti et omnibus heredibus seu successoribus suis, ac pro aliis etiam personis omnibus quarum interest et intererit [?]
vel recipiunt et pertinent ac etiam legitime stipulanti. Et volumus nos dicti Jacobus de Ferrers et Petrus Galter quod de premissis fiant seu fieri possint duo publica consimilia instrumenta, quorum unum utrique nostrum tradatur per notarium infrascriptum. Actum est hoc
Barchinone IIIa die Madii, anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo Vicesimo quinto. Sig+num Jacobi de Ferrers predicti, qui predicta concedo laudo firmo et iuro. Sig+num Petri Galter predicti, qui predicta accepto laudo et firmo.

Testes huius rei sunt Bernardus de Grimusches [?] mercator animalium civis, et Jacobus de Campis scriptor Barchinone.

Ego frater Guillelmus Ferrarii ordinis Hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani preceptor domus sancti Johannis Barchinone procurator [illegible] de Tallis [?] Comendatoris domus hospitalis sancti Johannis Barchinone, qui hoc firmo [illegible] salvo iure dicte domus et com-
endatoris [?] de censu [?] [illegible] et omnia salvis [?]



Sig+num Johannis Ubach auctoritate regia notarii publici Barchinone, qui hec scribi fecit et clausit, cum raso et correcto in linea XI ubi dicitur tam super dicta, et [illegible] vicesima [?] Petro Galter necnon et ultima concedo.

1425